

Ex Christi Ascensione nobis spes illic ascendendi.

136. Spiritus sanctus à Patre, & Filio procedit.

137. 2 Reg. 15.

Cyrril. Ex Christi Ascensione nobis eius protectio promittitur.

missus est, vt hominum corda, ab amore præfentis vitæ ad bona futuræ vitæ traduceret, & inuisibilem amorem induceret: id autem non vltique adeo opportune factum fuisset. Cum homines nullo adhuc exemplo extitissent edocti, quo homines inflammarentur ad speranda æternæ vitæ præmia. Cum verò per Resurrectionem Christi, & in caelos ascensum viderint in capite præcessisse futuræ vitæ gloriam, & exemplum, facilius persuaderi potuerunt, hæc quoque in membris esse speranda, & tunc missus est Spiritus sanctus, qui hanc spem iactis iam à Christo fundamentis stabiliret, & corroboraret.

Quintò; valde conueniens fuit, vt post Ascensionem Spiritus sanctus mitteretur à Filio sedente ad dexteram Patris, vt inde perspicuum fieret Spiritum sanctum non solum à Patre, sed etiam à Filio procedere, & mitti, atque adeo Christum verum Deum esse, qui Spiritum sanctum mittebat. Sextò. Valde alta dispositione sic est ordinatum, vt ostenderetur Christum in caelo existere, & regnare, ideo non ex terra, sed ex caelo Spiritum palam cum vehemènti sonitu edito emisit.

Cum Dauid fugeret à facie Absalonis filij sui, vtque valde eminens periculum declinaret. Ascendebat cliuium oliuarum, 2. Reg. 15. n. 30. Cur sperans auxilium è caelo à furore inimici, non per alium montem pergit, sed tantum per cliuium oliuarum? D. Cyrrillus, Cathec. 2. Per oliuetum, ait, fugere maluit, firma innocans mente liberatorem illum, qui isthinc caelos erat ascendurus. Spiritu prophético agnouerat Dauid è monte illo Christum caelos ascendurum, inde ibi specialiter è caelo protectionem sperabat.

140. Ex illa ergo turba, cum audissent hos sermones eius, dicebant: hic est verè propheta.

141. Alij dicebant; hic est Christus. Quidam autem dicebant: Nunquid à Galilæa venit Christus?

142. Nonne Scriptura dicit: quia ex femine Dauid, & de Bethlehem castello, vbi erat Dauid, venit Christus?

143. Et dissensio itaque facta est in turba propter eum.

VERSIONES.

Vatablus n. 40. Multi ergo de turba cum audissent hunc sermonem.

Græcus. Hic est ille Propheta.

Syriacus n. 41. Ex Bethlehem pago ipsius Dauid.

Arius. Ex vico ipsius Dauid.

Syriacus n. 43. Factum est dissidium propter eum.

Euthymius. Seditio itaque orta est in turba.

EXPOSITIO XII.



X illa ergo turba. Describit Evangelista, quod ex superiori mirabili Christi doctrina variaz pullulauerint vulgi opiniones, hoc enim denotat Evangelista, cum ait, de turba. Ex illa ergo turba, scilicet multi, vt habetur in Syriac. & Græco. Referuntur turbæ sententiæ. Dicebant quidam. Hic est verè propheta. In Græco est articulus, ille, ille propheta. Nempe promissus. Deuter. 23. num. 15. Prophetam de gente tua. Ac per hoc denotabatur, non qualicumque Prophetam, sed valde singularis, & eximius.

Alij dicebant. Hic est Christus, idest verus Messias, & hi verum dicebant; Quidam autem contradicebant. Nunquid à Galilæa venit Christus? quo etiam argumento vsus fuit Nathanaël, vt non facile eum crederet esse Christum. Ioan. 1. num. 46. à Nazareth potest aliquid boni esse? At vt notat Theophylactus Nathanaël hoc dixit sine dolo, discendi veritatem studio, ideo à Domino laudatur, vt vir sine dolo, & ab ipso illuminatur. Iudæi autem dixerunt malignè, & pernersè, vt Christi maiestatem detraherent, & ideo eis Dominus, vt ait Chryostomus non respondit. Dicunt etiam Chryostomus, Euthym. Theophylact. quod Iudæi licet agnoscerent Christum nutritum in Galilæa, tamen sciebant in Bethlehem natum, ex communi autem opinione vulgi eum Galilæum vocabant, ne eius locum natiuitatis dicentes, cogerentur eius Messia dignitatem fateri. Tamen vt placet Maldonato non certò sciebant eum natum Bethlehem, nam in statuto editus est, & statim in Ægyptum fugit, notat verò D. Cyrrillus in Codice Romano, quod Iudæi euidenter videbant omnia Messia signa in Christo Iesu exactissimè adimpleta: si de loco natiuitatis dubitabant aliquantulum, vt inquit Leontius, & Theophyl. hoc tenebantur inquirere, & ipsum Iesum interrogare, vt in veritate instruerentur, sed cum verum nolunt intelligere in suo errore obdormierunt.

Nonne Scriptura dixit? suam Sententiam Scripturæ auctoritate communiunt. Quia ex femine Dauid? Psalm. 131. num. 11. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Deinde sequitur textus. Et de Bethlehem. Michæas 5. num. 2. Et tu Bethlehem Ephrata, &c. ex te egredietur, qui sit dominator in Israel. Textus, Castello. Græcus, Vico, seu pago. Erat enim oppidulum quoddam. Vnde Michæas subdit: paruulus, & in millibus Iuda. Ideo Castellum, seu Vicus dicitur: Vbi erat Dauid, seu habitabat; & hoc dicitur, vt distinguatur ab altera Bethlehem, quæ erat in Galilæa. Venit Christus. Scilicet Messias, non verò ex Galilæa. Duo secundum Scripturas in Christo requirebantur, quod esset de femine Dauid, & in Bethlehem natus. Ideo Scripturam allegant vtrumque amplectentem. De femine nullum inter eos erat dubium, quia agnoscebant Iesum ex progenie Dauid esse; ideo locum opponunt, quia illi deesse credebant, natiuitatis patriam Bethlehem, in quo apertè decipiebantur, & ex sua malitia inuestigare veritatem nolebant, vt dixi modò in superiori numero.

Dissensio itaque facta est. Rixa, seu contentio inter eos est exorta; singuli singulas suas partes defendebant. In turba. In populo nempe. Theophylactus. Non Principibus, nam principes vnus

sententia

sententia

sententia

sententia

sententia

sententia

sententia

sententia

sententia

sententia

sententia

sententia

sententia

sententia

sententia

138.

Deuter. 18.

139.

Ioan. 1. Theophyl.

Chryost. Euthym. Theophyl.

Maldonat.

Cyrril.

Leontius. Theophyl.

140.

Psalm. 131.

Mich. 5.

141.

Mich. 5.

142.

Mich. 5.

143.

Theophyl.

sententia fuerunt, ne susciperetur ipse vt Christus. Sic in malum inter se coadunantur.

144. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit super eum manus.

145. Venerunt ergo Ministri ad Pontifices, & Phariseos: & dixerunt eis illi: quare non adduxistis eum?

146. Responderunt Ministri: Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo.

VERSIONES.

Vatablus n. 44. Nemo coniecit in eum manus.

Euthym. n. 45. Venerunt ergo Ministri ad Principes sacerdotum & Phariseos.

Syriacus. Venerunt Ministri illi ad summos Sacerdotes, & Phariseos, dixeruntque. ei Sacerdotes.

Syriacus n. 46. Vt loquitur vir iste.

EXPOSITIO XIII.

VIDAM autem ex ipsis. Quidam hoc referunt ad homines de turba, qui supra dicebant: seducit turbas. Qui præ odio, vt ait Toletus absque alia maiori auctoritate eum volebant

capere. Tamen hoc aptius referendum est ad ministros, qui missi fuerant à principibus ad eum apprehendendum, vt patet ex subsequentiis. Nemo misit super eum manus. Nullus eorum præstitit, quod animo cogitauerat; diuina virtus maiestate verborum, ac vultus Christi eos cohibuit, ne in eum manus iniicerent; nec dum hora patienda ab eo determinata aduenerat.

Venerunt ergo Ministri. Die festo mediante docebat Iesus in templo. Supra num. 14. Miserunt Pontifices posttidie satellites ad eum tenendum. Supra num. 32. tunc cum nihil fecissent, modò in hoc vltimo, & octavo die festiuitatis redeunt, sed Iesus verbis admirati ad Pontifices tanquam ad heros reuertuntur. D. Chryostomus. Quod venerunt, ait, longe maius fuit, quam si apud Christum remansissent. Sic enim liberati fuissent eorum, scilicet Phariseorum molestia, nunc præcones sunt sapientia Christi, & maiorem præ se ferunt animum. Pontifices eos vocat; & Syriacus: summos Sacerdotes dicit, vt eorum malitia miseria reipublicæ arguatur; nam illi cum in tanto dignitatis apice fulgerent, tenebantur populum docere, & tamen illum seducebant; Quare non adduxistis illum? scilicet seductorem, ad quem capiendum missi estis. Illum dicunt præ odio ex suo more, nomine proprio Iesus illum non vocant.

Responderunt ministri. Sicut multo animo, ac libertate ministri redierunt Christi præcones facti, sic & eodem animo Pontificibus respondent, non enim aliquod subterfugium querunt asserentes, Sylueira in Euang. Tom. IV.

sententia

sententia

quod propter turbam vel aliquam seditionem declinandam eum non tenuerint, sed sincerè, & apertè veritatem fatentur. D. Chryostom. homil. 51. Neque, ait, excusant se propter turbam non potuisse, quæ eum tanquam Prophetam sequuntur, sed animè ostendunt rectitudinem. Similiter Euthym. Theophylactus docent: Nunquam sic locutus est homo. Rectè D. Augustinus, & Beda, non enim, aiunt, quinquam sic loquitur homo; ille autem sic locutus est, quia Deus erat, & homo, inde subdunt; sicut hic homo. Non enim erat homo tantum, sed Deus, & homo. Multum hic considerata diuina vis, ac efficacia verborum Christi, quæ sui aduersarios, qui missi fuerant ad eum apprehendendum, reddidit sui cultores, ac amatores. Euthymius. Abierunt, ait, quidem eum ligaturi: reuersi sunt autem admiratione sermonum eius alligati.

QUESTIO XVI.

Quare ministri cum tanta audacia sacerdotibus dixerunt de Christo: Nunquam sic loquutus est homo?

IN limine huius quæstionis inquirendum est, an isti ministri missi Christum audientes in eum crediderint? Affirmatiuam sententiam tenent multi Patres, D. Chryostomus homil. 51. Signis non eguerunt, ait, sed sola doctrina crediderunt. D. Augustinus tract. 33. Missi sunt tenere, & maluerunt credere. D. Thomas Ministri, ait, dimisso malo infidelitatis ad veritatem fidei sunt adducti. Idem docent Theophylactus, Euthym. Glossa, Clichthoueus, Cardinalis Hugo, D. Bonauent. & alij. Sententia est pia, & probabilis, & quia vt ait Carthusianus, Pontifices ministro animos agnouerunt, ideo eos à fide auertere conantur, vt patet ex his, quæ proximè sequuntur in textu. Nunquid vos seducti estis? Nunquid, aliquis ex principibus, &c.

Quæstio inquit; Cur ministri cum tanta audacia coram Pontificibus Christi sapientiam laudant, ac dicunt? Nunquam sic locutus est homo? Ratio à priori Dei voluntas, quæ per efficacissima Christi verba, sic eos illuminauit, ac attraxit; multa enim gratia diffusa erat in labijs eius. Pl. 44. n. 3. Verba, gratia procedebat de ore eius. Luc. 4. num. 23. Denique erat docens sicut potestatem habens. Matth. 7. num. 29. Ex quo dicitur quòd omnis populus suspensus erat audiens illum. Luc. 19. n. 48. Vnde ministri audita fama miraculorum Christi adhuc ad eum comprehendendum peragunt, pecuniarum amore capti; vt ait Albertus Magnus, modo verò vi eius verborum percepta, à sua cogitatione desistunt, & Christi maiestatem adorantes recedunt. Theophyl. Illi, ait, absque signis, à sola doctrina persuasi fuerunt.

Secundò. Theophylact. Oportet, ait, illorum admirari libertatem. Neque enim curauerunt iram Phariseorum, neque quia vt serui missi fuerant, quæ placita erant principibus, dixerunt: sed testabantur veritatem. Horum libertatem maximè extollunt Beda, Euthymius, D. Thomas, D. Bonauent. quauis enim serui, tamen non studuerunt dicere dominis suis placencia, sed etiam ipsis inuisit veritatem arguunt. Deinde ad horum seruorum exemplum imitandum nos exhortatur Theophyl.

sententia

Chryost.

Euthym. Theophyl. August. Beda.

Euthym.

144.

Chryost.

August. D. Thom.

Theophyl.

Euthym.

Glossa.

Clichthou.

Hugo.

Bonauent.

Carthul.

145.

Psalm. 44.

Luc. 4.

Matth. 7.

Luc. 19.

Dei verbum miraculis efficacius.

Alb. Magn. Theoph.

146.

Theoph.

Beda.

Euthym.

D. Thom.

Bonauent.

Serui non dicant placencia, sed veritatem.

Sic loquens. Hos omnes principum ministros imitari oportebat, & non obedire in his, qua Deo sunt aduersa, sicut & Sauli non est obtemperatum, quum adstantibus imperasset, ut contra legem sacerdotes intermererentur. 1. Regum 22. num. 17. Ait rex emissariis, qui circumstant eum, conuertimini, & interficite sacerdotes Domini. Noluerunt autem serui Regis extendere manus suas in sacerdotes Domini.

Reg. 21. Obediendum dominis in vicinis.

147. Chrysof.

Ministri malitia redduntur illius accusatores.

148. Chrysof.

Plus potest una simplex veritas, quam mendacium multis adornatum.

149.

Plus mouetur animus obiectis visis, quam auditis.

150.

Exod. 32.

Magis mouetur homo re visa, quam audita etiam per reuelationem.

Lippoman.

Ioann. 7. n. 47. Responderunt ergo eis Pharisei. Nunquid & vos seducti estis?

Num. 48. Nunquid ex Principibus aliquis credit in eum: aut ex Phariseis?

Num. 49. Sed turba hæc non nouit legem, maledicti sunt.

VERSIONES.

Syriacus n. 48. Num quis ex proceribus? Syriacus n. 49. Nisi populus iste, qui nescit legem.

Theoph. Vatabl. Execrabiles sunt.

Euthymius. Execrandi sunt.

EXPOSITIO XIV.

RESPONDERUNT ergo Pharisei Ministri ut patet ex verl. 45. uenerunt ad Pontifices, seu summos Sacerdotes, ut ibi habet Syriacus, & ad Phariseos; & tamen Pharisei potius quam Pontifices respondent, ait Nonius, vipore implacabiles, Pharisei legis zelum prætexebant, & nullus acerbior hostis, quam ille, qui ficto zelo tangitur, & fertur. Nunquid vos seducti estis? Theophylact. Num vos, qui ex nostris sapientiores, & nobis legis peritis semper adhereris, seducti estis? Non rigide in eos inuehantur, nec aultere increpant, nec affirmatiue dicunt seductos, sed placide per interrogationem loquuntur, ne forte reprehensione offensi ab ipsis deficiant; ex Chrysofom. Theophylact. Quia timebant, ait, ne illi prorsus auellerentur, & sequerentur Christum: ideo mitius, & adulantius eos alloquuntur. Auditis ministris. Nunquam sic locutus est homo. Conueniens erat, ut interrogarent, Quid Christus dixisset? Sed inuidia, & odio obæcati, eius verba audire, ac ferre non poterant. Euthymius. Vide inuidia, ait, dementiam. Nam cum interrogare oportuisset, ac dicere, quid locutus esset, ipsi nihil horum præstolantur.

151.

Nonius. Crudele hostis ficto zelo.

Theophyl.

Chrysof. Theophyl.

Ex odio non audiuntur uerba.

Euthym.

152.

Ioan. 3.

Amicus occultus ut nullus reputatur.

Matth. 15.

153.

Euthym.

August. Chrysof. Euthym.

Nunquid ex Principibus aliquis? siue Sacerdotum, siue populi, siue legis, aut ex Phariseis, qui maxime se existimabant religione, ac legis obseruatione imminere, Credit in eum. Tanquam si dicant: nullus siue; nullusque assignari potest. Apertè tamen falluntur: Nam Nicodemus ex principibus erat, & Iesum sequebatur. Ioan. 3. num. 1. tamen cum esset occultus, ac nocte uenisset, ignorabant eum; seu quia amicus occultus tanquam nullus reputatur. Ab auctoritate formant argumentum contra Christum, quod erat valde inefficax, & ineptum, nam Principes, & Pharisei erant Christi hostes declarati ira, odio, & inuidia contra eum obæcati. De quibus ait Christus Matth. 15. num. 14. Cæci sunt, & dnces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.

Sed turba hæc. Populi, ac vulgi, quæ scilicet credit in eum. Quæ non nouit legem, ut pote imperita, & rudis. Euthym. Legem simpliciter appellant, ait, totam sacram Scripturam. Cum Pharisei facti increduli dicunt turbam credere, semet ipsos accusant, & arguunt, ut docet D. Augustinus tract. 33. D. Chrysofomus homil. 41. Euthymius, qui ait. Hæc maior uestri accusatio, quod turba

turba credit, vos autem non credidistis. Deinde in plurali dicunt. Maledicti sunt. In turba multi credentes. Turbam Pharisei maledictam dicunt, eo quod existimabant non seruare legem: non seruantes autem legem maledicti appellantur. Deuter. 27. num. 26. Maledictus, qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. Turba cum Christum sequeretur, benedicta erat, ipsi uero Pharisei, & Sacerdotes increduli maledicti extabant, & tamen turbam maledictam appellant. Theophylact. Maledictam turbam aui eo quod credit, ipsi innumeris maledictis digni, & aliis incredulitatis auctores. Rupertus. Profecto, ait, turba illa uerius contradixisset, istud uanitatis concilium, & hæc Ecclesia malignantium, quæ non facit legem, maledicti sunt.

Deut. 27.

Theophyl.

Rupert.

Ioan. 7. n. 50. Dixit Nicodemus ad eos: ille, qui uenit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipsis.

Num. 51. Numquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit, quid faciat?

Num. 52. Responderunt, & dixerunt ei: Numquid tu Galilæus es? Scrutare Scripturas, & uide, quia à Galilæa propheta non surgit.

Num. 53. Et reuersi sunt, vnusquisque in domum suam.

VERSIONES.

Arias n. 50. Ille profectus ad eum nocte.

Syriacus n. 51. Num lex nostra reum peragit quempiam?

Euthymius. Num lex nostra condemnat hominem?

Græcus n. 52. Numquid tu ex Galilæa es: scrutare, & uide prophetam ex Galilæa non furrexisse.

EXPOSITIO XV.

IXIT Nicodemus ad eos. Ecce contradictores ueritatis, omnibus se se opponunt; Pharisei ueritatem oppugnabant, inde contra se habent ministros, quos quarunt, an seducti sint supra n. 47. Deinde contra se habent turbam, quam maledictam uocant num. 48. Nunc uultum inter ipsos principes dissidium exponitur, ut notat Caietanus. Ille uenit ad eum nocte. Hæc dicit Euangelista, ut denotet personam, & quod erat ille, de quo Ioan. 3. num. 1. ait. Erat homo ex Phariseis, Nicodemus nomine, princeps Iudeorum. Ecce quam citò mendaces deprehenduntur Pharisei. Dixit enim n. 48. Nunquid ex Principibus aliquis credit in eum, aut ex Phariseis? Theophylact. Quia dixerant, ait, quod nullus principum credit in illum, ostendit Euangelista, quod in hoc mentiantur. ecce enim Nicodemus, cum princeps esset, & vnus ex eis, credit in Christum. Sylueira in Euang. Tom. 1 V.

145.

Caietan.

Ioan. 3.

Theophyl.

Lex nostra. Idest praxis, usus, ac consuetudo nostræ reipublicæ, quæ desumpta est ex lege naturæ, ac iure gentium, quod uigebat apud Romanos. Actor. 25. num. 16. tum etiam ex confirmate ad legem Mosaicam, quæ præcipit examinari crimen, antequam quis condemnetur Deuter. 13. num. 14. & 19. num. 18. licet expressis uerbis non determinet, ut nemo inauditus damnetur. Iudicat hominem. Euthymius. Condemnat. Cum enim quis iudicium subit, condemnationi proximus est; inde, pro condemnare ponitur iudicare. Nisi prius cognouerit ab ipso. Qui damnandus est, sui rationem, defensionem, ac excusationem. Et cognouerit quid faciat, quid agat, & doceat. Valde generaliter, & in communi loquitur Nicodemus, quia adhuc ait D. Thomas, erat discipulus occultus, N. D. Cyrillus in Codice Romano. Noxia, ait, adhuc uerecundia laborans, nec zelo loquendi libertatem admiscens non sinit inherentem in se fidem nudam conspici, sed obscuro quodam pallio, simulatione se obtegens, adhuc aliquo modo latet Christi confessor. Maldonatus in expositione superioris uer. ait, quod Nicodemus non se profitebatur discipulum Christi, sed Phariseum; siue metu Iudeorum, siue magis ea ratione Christum iuaret. Conuenit aliquando aliquem esse Nicodemum, ut Princeps suos apud hostes habeat exploratores. Tamen, ut norat D. August. tract. 33. eos instigabat Nicodemus ad Christum audiendum. Sciebat Nicodemus, ait Augustinus, uel potius credebatur, quia si tantummodo eum uellent patienter audire, forte fierent similes illis, qui missi sunt tenere, & maluerunt credere.

155.

Actor. 25.

Deuter. 13.

Euthym.

D Thom. Cyrill.

Maldonat. Valde expectans ut in inimicos habeas, qui porro loquatur.

August.

156.

Caietan. Inimici conuicti ad improperia conuolunt.

D. Thom. Bonau.

Carthuf. Nazianz. Syriacus. Græcus. Pagnin.

Chrysof. Theophyl.

Inimici de prateritis colligunt præsentia.

157.

Euthymius.

Responderunt, & dixerunt ei. Ecce iniquorum consuetudo, non ad dicta respondent; dixerat enim Nicodemus quod Christus audiendus esset, sed ad improperia conuolunt, ut notat Caietan. Non respondent obiectioni, sed in collegam insurgunt. Nunquid tu Galilæus es? Bene agnoscebant Nicodemum Ierosolymis natum; tamen ueluti Galilæum dicunt, quia hominem Galilæum, qualem Christum existimabant, sequebatur, ac ei adhærebat. Ut docent D. Thomas, D. Bonauent. Carthusian. & alij. Et per contumeliam Galilæum uocant, sicut & Iulianus Apostata, per ignominiam Christianos Galilæos dicebat. D. Nazianz orat. 1. Iulian. Scripturæ Scripturas. Syriacus, Græcus, Pagnin. tantum habent. Scrutare. Inter doctos erat sermo, ac proinde ad Scripturas inuestigandas dirigebatur. Dicunt Scrutare Scripturas ex D. Chrysofom. Theophylact. Ignominia eum afficientes, ait, quasi imperitum, dicunt Scrutare, Scripturas, hoc est uade, disce, quia adhuc usque tempus non didicisti. Et subiiciunt. Et uide, quia à Galilæa propheta non surgit. Noster interpres de præfenti legit. At Græcus de præterito, Surrexit. Ex præteritis præsentia colligunt, ac ex antiquis præsentia iudicant, tanquam si dicant; Non consueuit Deum ex Galilæa prophetas eligere: Ergo Iesus, qui est ex Galilæa, non est propheta, ex multis principiis falsissimum est argumentum Phariseorum, ut dicam quæst. sequenti.

Et ita reuersi sunt. Valde efficax est uerbum iustitiæ, & ueritatis etiam ab vno inter multos prolatum, Ecce breuis Nicodemi sermo totum dissoluit concilium malignantium, quod de Iesu comprehendendo, & damnando actum fuerat. Euthymius. Indignati sunt, ait, ob sermonem Nicodemi, timentes, ne forte etiam quispiam alius